



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

II. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)



**B.** Livinius Ord. S. Franc. opus, quod de laudibus Christi, & Deiparæ scribere orsus erat, aliis distractus intermittens, ab eadem, ut continuaret, monitus est, pro quo obsequio se ei occasionem mortem pro fide obeundi daturam promisit, quod etiam factum est. *Waldinus an. 1545.* Felix scriptio, quâ nomen libro vitæ inscribitur.

**B.** Livini ora mecum hodie Deum pro iis animabus, in purgatorio detentis, quæ speciali amore Deiparæ fuerunt addictæ, ut per hujus intercessionem ab ignibus illis liberatæ DEI conspectu quantocycus perfruantur, ubi pro felici meo ex hac vita transitu Deum, & Matrem ejus reciprocè orent. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: merita diei hujus omnia pro iis præsertim animabus offeram; quæ Deiparam præ reliquis amârunt.

Non ineptè misericordiæ Mater ac liberatrix sæculi nominanda est Deipara, quia per illam perditæ, & pœne, aut certè totaliter desperati redempti sunt. *Dionys. Richel. l. 2. de prec. B V.*

Quæstio: An animæ in purgatorio possint pro nobis orare ad Deiparam, & aliquid impetrare? III.